Salzburg (?), Ende 15. Jh.

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=979
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



xxu

31

pro huiusmodi gliabor. pro me autem michi gliabor nisi in infirmitatib? meis. Nam et si voluero gliari nõ ero insipiens. Veritatem enim dicam. Parco autem ne quis me existimet supra id quod videt in me. aut audit aliquid ex me. et ne magnitudo revelacionũ extollat me. datus est michi stimul? carnis mee. Angelus satanae ut me colaphizet. propter quod ter dominum rogaui ut discederet a me. Et dixit michi. Sufficit tibi gracia mea. Nam virtus in infirmitate perficit. Libenter igitur gliabor in infirmitatib? meis ut inhabitet in me virtus xpi. Gẽ.

Sciant gentes quia nomen tibi dominus solus altissimus super omnem terram. Deus meus pone illos ut rotam et sicut stipulam ante faciem venti. Tr.

Commouisti domine terram et conturbasti eam. Sana contriciones eius quia mota est. Vt fugiant a facie arcus ut liberentur electi tui. S. Lucam.

Illo t. Cum turba plurima conueniret et de ciuitatib? properarent ad illum dixit per similitudinem. Exiit qui seminat seminare semen suum. Et dum seminat aliud cecidit secus viam et conculcatum est. et volucres celi comederunt illud. Et aliud cecidit super petram. et natum arruit quia non habebat humorem. Et aliud cecidit inter spinas. et simul exorte spine suffocauerunt illud. Et aliud cecidit in terram bonam et natum fecit fructum centuplum. Hec dicens clamabat. Qui habet aures audiendi audiat. Interrogabant autem eum discipuli eius quis esset hec parabola. Quib? ipse dixit. Vobis datum est nosse mysterium regni dei. ceteris autem in parabolis. ut videntes non videant. et audientes non intelligant. Est autem hec parabola. Semen est verbum dei. Qui autem secus viam. hi sunt qui audiunt. et mox venit diabolus et tollit verbum de corde eorum. ne credentes salui fiant. Nam qui super petram hi sunt qui cum audierint cum gaudio suscipiunt verbum. Et hi radices non habent. qui ad tempus credunt. Quod autem in spinis cecidit. hi sunt qui audierunt et a solicitudinib? et diuitiis et voluptatib? vite euntes suffocantur. et non referunt fructum. Quod autem cecidit in bonam terram. hi sunt qui in corde bono et optimo audientes verbum retinent. et fructum afferunt in patientia. offertorium. Perfice gressus meos in semitis tuis ut non moueantur vestigia mea. Inclina aurem tuam et